Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift



27.

Item thomas Item duo alij a diuo leopoldo auditu receperunt
Quidam cum auditu per mensem caruisset. nec humano re
medio curari valeret. ad merita decurrens leopoldi votu emi
sit sanusq; effectus. spreto voto in eunde incidit morbu. reite
rato voto conualuit. Iohannes tuperger mubergaforensis
in carcere coniectus vinculis implicitus manibus pedibusq;.
inuocato leopoldo miro modo carcere egreditur loco ita an
gusto qua exeundum fuit. vt capax hominis non esset. triplice
murum transit. lacunam aque superat nulla arte nullo hu
mano ingenio superabilem. liberatus numinisq; oblitus. voto no
persoluto. anno post in eundem carcerem conijcitur issdem vi
culis vincitur. in quibus menses quatuor habitus. iterato qd
neglexerat voto. iterum liberatur. Tanta e dei omipotentis ma
gni clemencia. vt ne spretus qdem spernentes deserat. Idem leo
poldus alium in carcerem conjectum artissimis vinculis liberauit
Puer parvulus decem et octo ferme mensium cum in scaphaz
semiplenam aque cecidisset. atq; in ea dimidie hore spacio pma
sisset pedibus celum versus directis. a matre barbara et petri
vrore inuentus ac domum anne vicine relatus. dum p mor
tuo deploraretur. afflicta mater leopoldi opem atq; auxili
um implorauit. cui cum pro salute filij imaginem ceream
vouisset. puer confestim quasi a morte ad vitam reuocatus.
mouere se atq; ad matrem se respicere cepit. Demde consur
gens ad persoluendum diuo votum mater cum filio pfecta est.
Testis e barbara mater contestem hinc vnum. Katherina filiu
petrum habuit duos natum annos. Is in aduersam incidens va
litudinem quatuordecim ferme dies diuit in media illo nec cibo
nec lacte gustato. Itaq; cum eius salute desperata iam que ad
funus necessaria erant pararentur. miraculoz diui leopoldi
mater recordata numen eius inuocauit. quo facto delatus
puer ad sepulchrum diui. et visit et abum cepit. Alius item
puer annoz duoz vi ingentis morbi pro mortuo deploratus.
inuocato a patre ioanne vianense diui leopoldi numine statim
reuixit. Eodem modo puer alius pro mortuo habitus a diuo
leopoldo vitam recepisse affirmatur. Infantula quedam ob
egritudinem per tres dies amissa loquela semimortua decum
bens. cum iam parentes breui eam morituram crederent.
voto a matre emisso. quod vt faceret in somnis fuerat admo